non audeant, quod mandatum facit
Lucas de Cantarellis de Regio dicti Johan-
nis Vicarius. Furiata potius mente, quam
solemni habita Deliberatione Servideus im-
peritus omnium risui patet omnibus.
Postquam autem abbas efficitur, cujus
promotionis ego Paulus Scordilli Doctor
Decretorum, praepositus hujus almae
anastasis, pars magna fui; ecce retri-
butionem, quam ille gratissimus per
antiphrasim Bagatella praebat. Alte-
ra die post ejus benedictionem novum
zizania seminat in me, et Cantores, quo-
rum fuerat, et cum Canonicis provocat
abbates, ut eam moveant adversus Can-
tores dicendo, quod in Processionibus Can-
tores prosequi debeant abbates, deinde
Cardinales. Quo facto Cantores condo-
lent, cum semper mixtim cum Cardi-
nalibus sint ire soliti. Quam litem di-
ctas Johannes Archiepiscopus Angelerio
de Monte Fano Doctori Decretorum
ejus Vicario audiendam remittit, qui
aliquibus testium vetustorum receptis
per ejus literas Cantores in quasi posses-